

Es from anno mundi. 5495.

Aram vero anno mdi. 5544.

Hec oris regnum arguorum ubi Inachus oceani et terre (ut aiunt) filius sexagesimo a nativitate Isaac anno apud argos in Thessalia primus regnare cepit. Id vero regnum duravit annis. 544. Ercrops autem egypcius quartus nonagesimo iudaice fuitus anno regno arguorum relicto primus atheniensibus regnuit annis. 50.

Inachus



Athenae ciuitas fuit praeclarissima in attica regio. **L**uius pauca vestigia quedam manent. Hac primo ab alabado coditorum dixit Licero libro tertio de naturae deorum. Plato vero in Timo dixit. Amasim regem egypcius eius verbis coditorum fuisse. Eaque vocabulo egypcio cognomiasse. quod lingua greca athena sonat. Alius Ercropem illam addidisse dicunt. Et ea subita apparitione arboris oliue minervam cognomiasse. quia ea arbor designat. et lingua greca athena dicitur. Uerum aliis ab eo non coditatis restaurata putatur. quod tamen Athena apud illos per deum colebat. Be eius nomine Hinc augustinus de ciuitate dei libro decimo octavo varia scribit auctore varronis. Ercrope athenarum urbem instaurante subito aquino in loco erupit. Et alio repta olea arborum super quibus prodigiis sciscitatur apollo delphicus quod intelligendus. quod due faciendus foret respondeisse fertur. Quod olea minervam. Aqua vero neptunu significare ambo cosobrini. Ambo dii et contemporanei. Esetque in eorum ciuium arbitrio. ut ex alteri duorum deorum nomine ciuitas vocaretur. Congregatis omnibus virtutibus sex viri adheserunt neptuno. Mulieres vero Minervae. Que et obtinuerunt ut ex Minervae nomine ciuitas appellaretur. Ac sic athena grece urbem cognominauerunt quod latine Minervam dicimus. Eo quod mulierum voces una virorum numerus superarant. Quoniam obrem iratus neptunus Marinis estuatis vnde atheniensium terras populat est. Que cives placare volentes triplici supplicio mulieres affecere. Primo ut decetero nullis publicis interessent consultatiobus. Secundo ut nullus nascetur cognomen maternus acciperet. Tercio ne quis filias suas athenas vocaret. Poete vero dicitur neptunu et minervam athenas codidisse. Sed cum de nominis impositione inter eos fieret dissensio. His reliquis pretibus sit inter eos contentio. ut quod per eussa terra laudabilior produceret effectum urbi nomine imponeret. Neptunus autem tridete suo per eussa terra. Equum produxit belli omen. At minerva hasta plecta oliuam produxit pacis arborum. Que quam utilior eorum iudicata visa fuit. ex suo nomine athenas dixit. Nam minerva athenae grece dicitur. de quod lucanus libro sexto ait. Primus ab egrave percussus cuspidem saxis. Thessalit sonipes bellis feralibus omen exilis. Et virgilius georgicos primo. Tu quo cum prima frementem fudit equum tellus per eussa tridete neptune. Apud athenienses prior regnuit Ercrops egypcius. Annuno quarto et nonagesimo iudaice fuitus. Decimus septimus et ultimus eorum rex fuit Lodrus tamen samuelis. Postea per magistratum respublika athenensis fuit administrata. Hec urbs athenensis quondam nobilissima fuit. nullus in digna perconij. tanta ei supfluit claritas: doctorum phorum ac omnis doctrine liberalis fuerat. Eadem nam tamen parvum oppidi spem gerit. In eo tamen sanguine quod vetustum minervae templum fuit Arx est per omnem greciam notata. tum operis magnitudine. tum difficultate oppugnationis. Hac florentinus quidam Mahometo tradidit: cum imploratis latinorum auxiliis nullus opem iuenerit. Rura ei ob eam rem tradidit: in quis euum ignobile ducat.

Athenae vel Minerva

Linea Christi Esrom



Aram

